BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 203r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut euntes in castella emant sibi escas.
Jhesus autem dixit eis. Non habent necesse
ire. Date vos illis manducare. Ren
derunt ei. Non habemus hic nisi quinque
panes. et duos pisces. Qui ait eis.
Afferte illos michi huc. Et cum vidisset
turbam discumbentem super fenum.
acceptis quinque panibus et duobus piscibus.
aspiciens in celum benedixit ac fregit.
et dedit discipulis suis panes. di
scipuli autem turbis. Et manduca
verunt omnes. et saturati sunt. Et tul
erunt reliquias. xii. cophinos frag
mentorum plenos. Manducantium autem
fuit numerus v. milia virorum. excep
tis mulieribus et parvulis. Et statim com al. iussit.
pulit ihesus discipulos suos ascen
dere in naviculam. et precedere eum trans
fretum. donec dimitteret turbas. Et
dimissa turba. ascendit in montem
solus orare. Vespere autem facto. solus erat ibi.
Navicula autem in medio mari. iac
tabatur fluctibus. Erat enim contrarius
ventus. Quarta autem vigilia noc
tis. venit ad eos. ambulans super
mare. Et videntes eum supra ma
re ambulantem. turbati sunt dicentes.
quia fantasma est. et pre timore clama
verunt. Contatimque ihesus locutus est
eis dicens. Habete fiduciam. ego sum.
nolite timere. Respondens autem petrus
dixit. Domine si tu es. iube me ve
nire ad te super aquas. Ait illi ihe
sus. Veni. Et descendens petrus
de navicula. ambulabat super aquas.
ut veniret ad ihesum. Videns vero
ventum validum timuit. Et cum cepis
set mergi. clamabat dicens. Domine
salvum me fac. Et continuo ihesus
extendens manum. apprehendit eum.
et ait illi. Modice fidei quare dubi

tasti. Et cum ascendisset in navicu
lam. cessavit ventus. Qui autem in
navicula erant. venerunt et adorave
runt eum dicentes. Vere filius
dei es. Et cum transfretasset. venerunt
in terram genesaret. Et cum cognovis
sent viri loci illius. miserunt in
universam regionem illam. et obtu
lerunt ei omnes male habentes.
et rogabant eum ut vel fimbriam
vestimenti eius tangerent. Et quicumque
tetigerunt salvi facti sunt. xv.
Tunc accesserunt ad eum ab
ierosolimis scribe et pha
risei dicentes. Quare disci
puli tui transgrediuntur traditiones
seniorum. Non enim lavant manus
suas. cum panem manducant.
Ipse autem respondens ait illis. Quare et
vos transgredimini mandata dei. propter
traditionem vestram. Nam deus
dixit. Honora patrem tuum. et matrem
tuam. et qui maledixerit patri vel ma
tri morte moriatur. Vos autem di
citis. Quicumque dixerit patri vel matri.
munus quodcumque est ex me tibi proderit.
et non honorificabit patrem suum et matrem
suam. Et irritum fecistis mandatum
dei propter traditionem vestram.
Ypocrite. bene prophetavit de vobis ysaias
dicens. Populus hic labiis me honorat.
cor autem eorum longe est a me. Sine cau
sa autem colunt me. docentes doc
trinas et mandata hominum. Et
convocatis ad se turbis. dixit eis.
Audite et intelligite. Non quod intra
in os coinquinat hominem. sed quod proce
dit de ore. hoc coinquinat hominem. al. ex corde.
Tunc accedentes discipuli eius. dixerunt
ei. Scis quia pharisei audito hoc
verbo scandalizati sunt. At ipse